

Carthagine Peruviana selezionam aduebunt, unde veterum & multorum recentiorum infictio deprehenditur, qui quid est sanguis Draconis, aut cur sic appellaretur, omnino ignorabant. Magna est arbor, corice satis tenui, & qui facile incidi potest. Ex vulnerata, liquor ille effusit, quem sanguinem Draconis in lachryma dicunt, ab eo differens, quem sanguinem in pane runcant, quod in panes seu massas isti cogantur, quemadmodum resina in Castella. Haec tenus Monardes. Carolus Clusius annotationem hanc subdit, sibi ab horatano Regis Hispaniarum missis suis fructus quodam nomine Dragonaris, qui Bruxelle terra commissi prodierint, folijs tridisi oblongis, viribus, per oras rubra. Fruitus Cerasi magnitudine fuisse; sed pelle fabri, animalis nulla, nedium Draconculi effigies visa fuit. Verum de hac re innotescet fortasse nobis aliquid certius cum secundo tomo manum admouerimus; inherecet non putamus præter institutum nos egisse, si admirabili huic animali, admirabiliori plantam subiunxerimus, lectoriq. ansam præbuerimus, laudandi DEVM, Nature Domini, qui pro bonitate sua, tam admiranda, & vix ab intellectu nostro comprehensibilis opera creare, nobisq. contemplanda, & fruenda donare voluit.

Omnipotens Dei inspicienda & laudanda. An Dracos venenos venenabrant. De venenis nunc & remedij, quæ à Draconibus desumuntur, aliquid coronis loco adiungendum eset, ast Plinii lib. 28. cap. 4. *Dracon non habet venenum*, ait. Cui datus adstipulatio: aliqui acerem tamen à Draconibus infici meminerunt. Hoc alteri ad meteora retulerunt, *Dracones*, inquam, ignitos atque volantes. Quidam hæc ita conciliant, vt dicant ex sua natura innoxios esse, hinc Lucas eos innoxia numina terris proclamat, pro locorum vero constitutione noxios fieri, quare idem pestiferos ardens facit Africa, inquit. Verum & hæc regula fallit.

Et quoniam potior veterum authorum pars existimat, morsus magis à Draconibus impressos timendos esse, quam venenum illatum nocere, ideo de antidotis quoque parum solliciti fuerunt. Quæ autem ex Draconibus remedia, alijs vitia malis perturbant, ex Plinio colligantur, quæ absque risu non legi. *Caput Draconis* nempe ianuarum limini subditum, fortunatam domum facere. *Oculus* huius innumeratos, cum melle tritos, humanis inunctos, ab imaginum nocturnarum paucore, homines immunes reddere. *Cordis* pigritudinem conferre iudiciorum victoria. *Dentes*, mites præstare dominos, potestatesq. exorabiles. *Hæc creditur*

Iudeus Apella, non ego. Nunc quicquam superesse amplius non video, nisi hoc vnicum, vt illis nempe etiam gratificarer, qui amoenioribus litant Musis, & aliquid, quod antiquitatum amatores quoque delectatione afficeret, in medium adducerem, & in primis quidem, de Draconibus commentarer, scriberemq. qui insignia erant cohortum Romanarum, & à Draconis ad prælium ferebantur, qui hastis illos illigabant, vasto hiatu, & caudarum voluminibus tremendos. De simulacris deinde dicere, quibus varij gentilium Dij Draconum effigie efformabantur, veluti Apollo, Mercurius, Minerva, Esculapius, Serapis, Janus aliq. & quinam horum, metamorphosi quadam in Dracones mutati falso credebantur. De fabuloso etiam Dracone hororum Hesperidum custode, ab Ouidio depicto, Qui crista, linguisq. tribus presignis, & vncis Dentibus horrendis, custos erat arboris aurea. De auspicijs itidem, prodigijs, omenis, portentis, divinationibus, oraculis, cultu etiam, ac re-

ac venerationibus, ab antiquis huic bestia exhibitis, & si quæ alia sunt, quæ veterum loca, authorum obscuriora, quando Draconum meminerint, illustrare, poterunt. Nobis qui Musar colimus seviores, & tristibus agrotanciunt querelis plerumq. aurem accōmodamus, aut necessarijs crebro negotijs occupamur, non licet esse tam felicibus, vt in hæc amoenissima Musarum vireta, nisi per diueritcula subinde quædam, & furtim quasi expatriari valeamus, quamvis id maxime libeat. Quare hæc amicis meis commendo, non quibus otij quidem plus sit, quam mihi, sed qui tanto me interuallo in humanioribus literis, historiarum peritiae, & antiquitatum indagine antevertunt, quando ego ipsos desiderio alesqui, quod maximum est, anhelo. Hi sunt illustres viri Gasparr Scioppus, Consiliarius Regius, qui suā laude iam claret, mea non eget, quem ego seculi nostri lapidem lydium lingua latine iure appellare soleo. Hieronymus deinde Aleander Card. Barberino nostro, à secretoriis latinis epistolis, quem alio elogio iam non decorabo, quam codem, quo Vrbano VIII. illum idem Scioppus, in suo virorum eruditorum indiculo, his iamdudum verbis laudavit: Hieronymus Aleander Iurisconsultus, & Poëta politissimus, gracie & latine bene doctus, & antiquitatum Ecclesiasticarum, & secularium non paucis gñarus. Lucas præterea Holstenius Germanus, eiusdem Cardinalis familiaris, qui præter linguas Grecam & Latinam, quas elegantissime scribit, & ytriasque nunc opūcula sub prælo habet, in Cosmographia adeò excellit, vt sibi vix vllum iam parem habeat. Petrus Paulus Rubeinus demum, Antiquitatum in marmore, & ære copiis ac promis, qui & ipse Germanus, cum fratre Philippo libris editis claro, ambo olim Lipsjī discipuli, digni ipsius Cathedræ successores esse poterunt. Sed & in hoc quoque rarissimæ fortunæ Petrus Paulus exemplum est insignis, quod arte pingendi, per Germaniam, Belgiam, Italiā, Galliam, Angliam & Hispaniam adeò inclinarerit, vt viginti circiter annorum spatio, Anuerpia sibi, ultra ducenta aureorum millia, ex hac ipsa nutriticia sua lucri fecerit. Hunc cum olim Roma pleuride grauter laborantem, per DEI gratiam, sanitati restituissim, Gallum mihi depinxit gallinaceum, cuius iocosa hæc verba, crudira tamen subscriptis.

Authoris excusat:io
cur his im-
morari ne
posse.

Amicis suis
hac fe lo-
gè dedit:
ribus relia
quit.
Galpari
Scioppio.

Hierony-
mo Ale-
andro.

Luce Hol-
stenio.

Petro Pa-
ulo Rube-
nico.

P. R. O. S. A. L. Y. T. E
V. C. Ioannii Fabro M. D.

Aesculapio meo,
olim damnatus

L. M. vorum soluo

Verum quoque effigiem meam mihi simillimam, in magna tabula, coloribus expressit, quæ ob artis præstantiam magni à pictoribus estimatur.

Atque sic cum Bono DEO ad finem optatum tandem peruenimus, quem Serpentibus & Draconis feliciter impónimus. Restant adhuc nobis duo Scarabei Mexicanæ, quos leui brachio perstringemus, & tandem hoc opus nostrum, equissimo curiosi lectoris iudicio committemus.

TEMOLIN TEMOLIN ICHCATZIN.

*Scarabus Mexicanus unicornis.**Scarabus Mexicanus bicornis.*

IO. FABRI LYNCEI DESCRIPTIO.

V. & qualia hæc sint animalia, si quis vñquam Scarabæos nostros domesticos, prateses, aut sylvestres est contemplatus, non amplius in hoc dubio hæsitabit. Scarabæi sunt, & quidem Mexicanæ, nigri coloris ambo, & quod in his iconibus album apparere vides, id totum castanei ad rubicundum vergentis coloris esse scias, quem pedes sex in vitroque animali pilis refertissimi probe emulantur. In prioribus pedibus distincti quatuor unguiculi, seu digituli verius conspiciuntur, & vñs in medio radij, calcaris instar appositus. Vnicornis est primus Scarabæus cuius recurvum è capite enatum cornu retrò flectitur. Ad huius radicem & ad capitum simul cum reliquo corpore connexionem lusit Natura, triplicem figuram semicircularem appingens. Alter duo cornua gerit taurorum more, & prosum quidem protensa, ramis nullis exasperata, verùm interna eorum parte fibrosis complusculis excrescentijs, vt pictura indicat, ornata. Inter duo hæc cornicula, è medio capite eufpis quidam protuberat, cornu tamen minimè est.

SCHOLIA EIVSDEM.

Casus alii quando artem soper-

*C*asu profecto non pauca quandoque, quām cōsilium efficere potuerit, euénient meliora, perfectiora que. Sic, vt Plutarchus author est, pīctor ille, cum equi spumantia labra arte & penicillo imitari haud posset, spongì varijs imbuta coloribus in equi os coniecta, fortuitò expressit, quod ingenium subministrare nequibat. In Corinthiaco pulcherrimo ære efficiendo, similiter casus lusit.

ESSA

Mi-

INCIO. FABRI LYNCEI EXPOSITIONE.

833

Mihic hic idem contingere animaduerto, appositissimè enim *Scarabeus* ultimum operis mei animal existens, *Draconem* subsequitur, cuius tractationem facit longam, extra limites etiam meos, & animalia Mexicana institueram. Siquidem tam conformiter *Draco* atque *Scarabæus* inter se congruant, ita à concordantibus veteribus pro uno eodemq. falso nomine culti fuerunt, vt ambos hos dixeris, non discrepantia esse animalia, sed gemellos prorsus ab eadem matre progenies fratres. Voluerunt enim ethnici illi, scientia veri Dei orbati, *Solem* tam à *Scarabeo*, quām *Dracons* significari, horum imaginibus eundem representari & honorari. *Macrobius Saturnal.* lib. 1. cap. 19. In Mercurio solem col, inquit, etiam ex caduceo claret, quod Ægyptij in specie Draconum maris & fæmina coniunctorum figurauerunt Mercurio consecrandum. Et quoniam calum, *Sol* & *Luna* ad generationem maximè faciunt, ad quam summopere *Amor* requiritur, hinc osculum in duobus Draconibus caduceum amplexantibus additum fuit. *Necessitas* quoque horum *Draconum* nodo subindicatur.

Pinnae adiectæ sunt, quæ principis sideris velocitatem demonstrant? Ad huiuscmodi, ait idem *Macrobius*, argumenta Draconum principiæ volumen lectum est, propter iter, & triusque sideris flexuofum. Atque hinc est, quod simulacris Æfupapij & salutis *Draco* jubiungitur: quod hi ad Solis naturam Lunæq. referuntur. Et est Æsculapius: vñ salutis de substantia Solis, subueniens animis, corporibusq. mortalium. Salus autem naturæ Lunaris effectus est: quo animantium corpora iuvantur, à salutifero firmata temperamento.

De *Scarabeo* similiter non desunt testimonia, nam *Plinius* lib. 30. cap. 11. Propter *Scarabeum*, inquit, qui pilulas voluit, Ægypti magna pars *Scarabeos* internumina colit, curiosa Apionis interpretatione, qua colligat, Solis operum similitudinem huic animali inesse ad excusandos gentis sue ritus. *Diogenes Laërtius* præterea in proximo suo, hanc de Iulis & iustitia philosophiam Ægyptiorum fuisse scribit, & materiali dicent principium ex qua quatuor essent discreta postmodum elementa, tum animalia quedam effecta, Deos esse Solem & Lunam, quorum hec Ipsi, ille Osiris appellarentur, & *Scarabæi* *Draconis*, aliorumq. animalium nomine obscurè significarentur.

Cur autem pro Sole *Scarabeum* coluerint, docet nos *Plutarchus* opusculo suo de Iside & Osiride. Iam asperdem, inquit, mustelam, & *Scarabæum* colunt, in quibus imagines quajdam obscuras sibi, sicut in radibz Solis Deorum potentia considerant. Simidem *Scarabæorum* genus fæmina carere aiunt: Mares omnes emittere semen in materiam, que fingitur in globum eamq. volunt aduerso gradu propellentes, vt videtur celum Sol, dum ipse ab Occidente in Orientem conuertitur, in contrarium contorque.

Accedit huc, nescio quæ alia congruentia ratio, vltimorum horum animalium quæ agmen claudunt, cū primo à quo librum meum auspiciatus fui, cum Cane, inquam, qui & ipse ab Ægyptiis olim adorabatur.

Dracone demum ex eodem *Macrobius* lib. cap. 9. Ianum quoque adumbrabant, siue per hunc *Solem* demonstrare vellent veteres, & ideo geminum pingebant, quasi vtriusque ianuæ cælestis potentem, qui exoriens aperiat diem, occidens claudat: siue Mundum potius innuere cuperent. Ianumq. ab eundo dictum (verba sunt *Macrobius*) quod Mundus semper eat, dum in orbem voluitur: & ex se initium faciens, in se referuntur. Vnde *Cornificius Ethym.* lib. 3. Cicero, inquit, non Ianum, sed Eanum.

Aaaa 3 nomi-

Casti acci-
dit vt Dra-
conem Sca-
rabæus fe-
quatur, sed
bene fatis.
Draco &
Scarabæus
pro eodem
falso Deo
olim cole-
bantr.
Draco pro
Sole cole-
batur.

Scarabæus
pro So-
le simili-
tate
Ægypti ve-
nerabatur,

Huius ra-
tio à Plu-
tarcho ab-
fetur.

Primi hu-
iis libri ani-
mal, canis
nempe ha-
bet etiam
quid simile
cum vlti-
mo *Scara-*
bae nim-
rum.

Draco non
pro Sole
cantum, sed
pro mundo
etiam ten-
mebar.

nominat, ab eundo. *Hinc & Phænices in sacris imaginem eius exprimentes, Draconem finixerunt in orbem redactum, candalumq. suam deuorantem, ut appareat, mundum & ex seipso ali, & in se revolvi.*

Draconis itaque tam peripherica figura, quam Scarabei globus, in quibus neque principiū, neque finis cernitur, completem nostrum opus denunciantur. Aut si terminus ultimus, atque initium in his appareat, finem nobis a principio feliciter huc lapsum denotabunt, & coronidem diu nobis optatam, diutissimè ab alijs expectatam, libro huic nostro laborioso saltem & curioso, si non docto & ingeniolo, faustis sub auspicijs Barberinis, impositam tandem fuisse contestabuntur.

Si quis præterea nouisse exoptet, quantà animorum insipientiā, & quam absurdas res antiquitas coluerit, is calcem adeat librorum omnigenā eruditio referensimorum Alexandri ab Alexandro, reperiēt ibi, mirabitur & detestabitur, inauditas superstitiones & nefanda gentilium sacrificia, quibus res absurdissimas honorabant & pro Dijs venerabantur. Non inquam Dracones solos & Scarabeos, sed testudines quoque, hircos, lupos, boves, vaccas, cœcophthebos, crocodilos, ibides, felis. Atque vt de celo, astris & elementis nihil dicam, res abiectissimas alias, & inanimatas, eodem numero, & cultu habuerunt, vt hastas, seu ligna corticibus suis delibrata (vnde Romani antiquissimi singulis Deorum simulacris hastas dabant) arbores, enses, ventos, montes, colles marinos & maandros, vilia horum olera insuper, vt superius diximus.

Verum antilogio hoc missò, audiamus si liber, quæ Fr. Gregorius de Boliviar noster, de Scarabeo Mexicano mihi scripta reliquit, hæc autem ex Hispanico idiomate translata ita Latinè sonant:

*Fr. Greg. de Boliviar
hæc Scarabeo
noui
oris de-
scriptio
authori
di.
Prima spe-
cies vni-
cor-
nis.
Alia qua-
tor.
Caput ma-
gnum.
Streptus
in volatu-
m. lumen
in volatu-
m. lumen
in volatu-
m. lumen
Secunda
species bi-
cornis.
Crusta ha-
bit coloris
pulcherrimi.*

Scarabus lingua Peruana Acatanac vocatur, in vna ex duabus speciebus cornu in superiori capitatis parte erumpit, retròq. æqualiter vertitur, cuius acumen ad humeros fertur. Habet sex pedes cum multis vnguis in quolibet pede fortibus, & incurvis. Ale sunt quatuor, subtilis atque transparentis tela sive substantia, quarum duas bene inuolutas, & undeque custoditas inferiore & intimiore fede tenet, reliquæ duæ pro tegumentis, ac munimentis eisdem inseruiunt, duræ hæc admodum sunt & nigra. Caput proportionem totius non seruat, hoc enim æquè magnum est, atque medietas vniuersi corporis, totumq. cooperatum est, eodem duro cortice leu corio, sive crustam appellari malis. Quando volat, maiorem strepitum ac murmur edit, quam rota aliquius currus, non vnguine perlita. Damnosum & fastidiosum est animal, quandoquidem è volatum præcipue dirigit, vbi lumen accensum videt, huic vbi appropinquat, vel extinguit, vel in terram illud deicet, atque ita, quoisque non interfectum, aut expulsum fuerit, haud sine timore perferri potest.

Secunda species eiudem naturæ & magnitudinis cum priore est, nisi quod duo habeat cornua: antrorsu porrecta, & cuspidibus sive extremitatibus suis sibi opposita. Crustam adeptum est, sive regumenta sua veluti encausto quadam tessellata, adeoq. venusta sunt nonnulla, vt cum quoquis viridi certare smaragdo valeant. Obtinet præterea cingulum istæ æqualitatis, circa alarum iuncturas, luteoli coloris. Qui naturaliū rerū indagandis proprietatibus student, magnos

in his

in his Scarabeis abusus committunt, quandoquidem, vt horum in volando strebitum ac rumorem perceperunt, statim aliquam nouitatem prædicunt, & subito, atque alicui corum aliquis vicinior factus fuerit, aut in ipsum volitando impetu fecerit, bona vel mala eidem noua denunciant. Quin his vtuntur quoque pro fascinationis quodam genere in conciliando fœminarū amore viris, & virorum scemini. Neq; nullus Scarabeus ad magnitudinem illâ quod ipse viderim accedit, quæ in iconibus hisce cōparet, verum fuit tertia etiam parte minores.

Hæc amici mei Fr. Gregorij exquisita & veridica est Scarabeorum descriptio, quam vltimam huius operi meo annexo, reliqua ab ipso mihi communicata varia & iucunda, tomo secundo inserenda referuo. Ex allatis tamen ipsius verbis hoc mecum quiuis facilè deprehendet, non Mexicanos sed Peruanos ipsum solummodo Scarabeos descripsisse, nam hi, quos icones nostræ exhibent, neque colore, neque magnitudine, cum iam dicitis conueniunt, tantum enim absit, vt Mexicanis tercia parte, nostris in tabula & charta hac expressis, sint minores, vt ego meis oculis, hic Rome in Araceli monasterio ita dicto, his ipsis duplo gradiorem Mexicanum Scarabeum, verum & non depictum, anno proxime elapsi Jubileo 1625. viderim, manibusq. tractauerim, quem ex Franciscanorum familia Frater quidam Hispanus ex Mexicano orbe secum tulerat. Vedit eundem mecum item Boliviar noster, vnicornem, & apprimè iconem primam nostram, si ipsi ad magnitudinem aliquid addas, referentem.

Promiseram hoc loci vberiore de cornibus physiologiam instituere, sed vrgit me Typographus, alia atque alia subripiuntur negotijs tempora, quare hanc mihi benevolus lector veniam dabit, si abrupto, & fidem modo non foluo, cum interim, quo animum pascat, ipsi non desit, atque utinam, ne meam sic etiam nimietatem acculerit.

*Hoc tamen silentio hædquam est inuoluendum Fr. Gregorium nostrum, non totius generis Scarabeorum diuisionem, sub hac bimembri sua partitione, nobis dare voluisse, sed illam solummodo speciem quæ cornigera est, quæ vel vno, vel duobus saltē, non tribus vero præditam corniculis censuit. Ab hoc Aldrouandus lib. 4. de Insect. non dissentit, quamvis alicui primâ fronte contrarium videatur. Huius diligentissimi scriptoris, in hoc maximè animalculo verba necesse est, vt hic producam: *Suprema Scarabeorum genera duo facimus, ait, ob partium varietatem: alia enim cornuta: alia absque cornibus: quæ vero cornuta sunt, aut unicum habent corna: aut duo, aut tria, quæ raro videntur: rursus quæ vñicum, usquequo nuncupantur, apud Ægyptios nobiles: quæ duo, aut sunt Luçani sive Tauri, quorum nimis cornua sunt dentata, ac forcium modo clauduntur, & coniunguntur, cum apprehendere quid evolunt: aut Carabi, quorum cornua nodosa sunt, ad pretendendam iter facta: Tria, quæ habent in capite nulla, (optimè ergo Fr. Gregorius hæc non posuit) nisi impropiè habere dixerimus. Reliqua quæ sunt sine cornibus, differunt inter se multis variis. Poterunt igitur præcipue Scarabeorum differentiae apud eundem Aldrouandum videri. Nam si quis ex Aristotelis se putet scriptis has haurire posse, egregie decipitur, Aristoteles enim, inquit idem Aldrouandus, quod sciā, Scarabeorum genera nulla expressa constituit, sed inter ea insecta, quæ Coleopera dicuntur, Cantharum, Milonib, Carabum, & Cantharidem, præcipua connumerat. Sed horum nullam quod sciā,**

corpo.

*Ad super-
stitiones &
fascina-
tiones Ameri-
canas fer-
unt.*

*Hæc que
Fr. Grego-
rius.*

*Pernani nō
Mexicanī
fūn hi ja
Scarabei
descripti.*

*Author Ro-
mae magnū
valde Me-
xicani Sca-
rabei co-
spxit.*

*Quæ de
cornibus
hic dici
possent ad
secundum
tomū reji-
ciuntur.*

*Fr. Greg.
de corni-
bis faltem
Scarabeis
locutus est.*

*Aldrouandi
verba de
Scarabeo-
rum diffe-
rentijs.*

*In Aris-
telis scri-
ptis nihil
determina-
ti de Sca-
rabeis exar-*

Plinius Ari
poteret dili-
gitor fuit,
sed nec hic
fuit contra
utrisque le-
gitur.
Ex hoc di-
scitur in
plurimis ve-
teres man-
cos suffi-
cere.

corporis notam satis, quæ extant, scriptis Philosophus exhibuit. Carabo autem (quem Gaza modò Taurum, modò Fullonem vertit inepit) ait cornua pretendi, ut Papiloni. Plinius plura Scarabeorum genera, & distincta magis commemorat, sed nechac quidem controueris vacant. Ex quibus hoc, amice lector, discere vales, difficilem adire prouinciam illum, & arduum opus aggredi, qui ex veterum monumentis omnia in naturali philosophia expedita le dare, nobis promittit. Non enim plurimos solummodo hodie Scarabeos notissimos nobis, nescias quibus Aristotelicu vocare nōminibus valeas, sed nec illa ipsa ab eodem posita nomina, quibus accommodes Scarabeos nostris, facile reperias.

Cornigeri
scarabaei
nobis tan-
tam delici-
bentur.
Unicornis.

Relictis igitur excornibus illis, de cornigeris his nostris paucula hæc tandem dicamus, & finiamus. Quem nos vñicornem vocamus, Graci Monocerotem dicent, & Ferdinandus Imperatus in hist. sua nat. Rhinocerotem libentiū appellat à similitudine cornu, quod huius nominis quadrupes gestat; Is modò si nāsum Rhinocerotis haberet. Volatum huius non vidi, quem idem Imperatus adeo pigrum, tardumq. esse scribit, ut quasi vltro in manū eius, qui eundem apprehendere velit, inuolat.

Bicornis.

Scarabaei
serui de-
scriptio.

Cardanus lib. 7. cap. 2. 8. de variet. rer. Scarabæphū non inepit, siue Scarabæum cerum nominat, cornua enim hic gestat pulcherrima, nitentia, ramosa, ceruinis similima, in hoc tamen longè ab illis discrepantia, quod Scarabeus ea moueat, stringat, & arcte adeo, si quid ipsi medium interseratur, claudat, ut puerorum improudiorū dighos profundo sauciatos vulnusculo sape confpexerim, argue prorsus idē præstant, quod chelis suis cancri. Quare Iul. Cef. Scaliger exercit. i. 94. de his corniculis aduersus Cardanum pro subtilitate sua: Tameis, Inquit, apud subtiliores, qualis tu es, chelē potius illa, quam cornua dici queant, harum enim usus, ut cancri brachiorum. At neliō, quare ideo cornua esse desinent, si moueantur, quod priuilegium alijs etiam veteres concepsisse animantibus cornutis memini. Huiusmodi Scarabei, cerni volantes à Gallis, Germanis, & Italiis quoque non paucis nominantur. Rōma hi non sunt frequentes, multò frequentiores in patria mea, Bambergia, nimis, maiali præserim, vernali, ac iucundissimo tempore, qui in sylva quadam capiuntur, quæ Vrbī amoenissima præiat, pinacis, piceis, ac querubus, (ex quarum hī aridis lignis nasci creduntur) referuntissima.

Bamberga
frequentie-
fimi sunt
huiusmodi
Scarabei
cerui vola-
tissima.

Hunc magnum & cornutum Scarabeum omnium minutissime, perfectissime & elegantissime descriptum reperies in Theriotropeo Silesiaco, quo te remitto & temporis hīc ac chartæ parco.

Germani.
vocantur
Schroter
& quare.
Caput ab-
fusus etia
cornua
stringit.

Germani nostri hunc Schroter vocant, quo eodem nomine bainuli isti, homines robusti & lacertosí, ad quosquis Herculeos labores nati (Roma dicuntur Facchini) à Bambergenibus appellantur. Schroten enim nihil aliud significat nobis Germanis, quam comprimere, arcte stringere, & propellere aliquid, quod corniculus suis Scarabei illi probè moliuntur. Et quod mireris, abscissum horum caput diu-

tius viuit, & cornua etiam tunc constringit, quæ si quid ipsis interponas, fortiter comprehendunt.

Hoc præterea monuisse, non debo prætermittere, inter vñicornem & bicorinem, nostrates Scarabeos, hoc esse discriminis, quod vñicornis caput statim ventri adnectatur, in bicorni verò alia pars corporis inter caput & ventrem intercedat, quæ thoracis portionē constituere videtur, & quidē mobili suā iunctur ab vtroque distincta. Picturā hanc melius Aldrovandus, quām Imperatus exprimit, propter bicornis longior est quām vñicornis, hæc tamen differetia in Mexicanis non appetet. Carabus Aristotelis, quem Imperatus Taurum vocat, habet longa valde & nodosa cornua, quæ antennæ rectius dicentur.

De medicinis ex hisce desumptis, certi nihil promittere valeo, vidi tamen quosdam perpetuò aduersus falcinationes duo amuleti loco secum circumferre, hydrargyron inquam, siue argenum vrium, nuculæ auellane excavatae inclusum, quod contagium pestis similiter auertere: & Scarabei huius cornicula, quæ calvi ab alto etiam conferre, sibi persuadabant. Et hæc cornicula quidem in fantibus quoque auro argentoq. conclusa, è collo non raro suspenduntur. Quidam aiunt ad eorum vrinam, quæ præter modum excernitur, cohibendam: alij ad timorem ipsis eripiendum: alij ab epilepticis infultiis eisdem præcaudū. Refert enim Imperatus Scarabeos hos Lombardie familiares, Itali magno esse in pretio, & ad neruorum dolores, contractionsq. feliciter usurpari, quod malū tam Neapolitani, quām Romani, il Granchio, Germani den Grampf appellant, & reuera, ut hæc remedia vana & nulla etiam omnia sint, venustatis tamen gratia, non aliter, atque corallorum ramuli, cornicula hæc pulchrè rubentia, vitri instar splendidia, denticulata, & ramis parvulis, quasi arte dextrè elaborata, ornataq. infantulæ, cū reliquis deliciis suspensis decorare possunt, & delectare.

Plinius plerumque horum amuletorum pater & author est, vel ex propria sua inuentione, vel ex magorum certè mendacijs, atque relatione. Sic lib. 30. cap. 15. Vrina infantum cohibetur, ait, muribus elixis in cibo datis. (Huius experimenti praxim ego aliquoties vidi) Scarabeorum cornua grandia, denticulata, adalligata hæc, amuleti naturam obtinent. Et eodem libro cap. 11. Magos, ait, ad quartanam adalligare Scarabeum, cui sunt cornicula reflexa, sinistra manu collectum. Videmus igitur Scarabeum animal esse, quodammodo ad superstitiones, amuleta, falcinationes, & artes magicas exercendas natum, tam in nouo orbe, quām nostro vistatum. Verū omnia hæc nos mendacijs & erroribus plena missa faciemus, & si quæ naturalia, quæ non defunt, ex Scarabeis remedia vera compierimus, studioso lectori tempore suo largiemur.

Hei quanta nobis hīc se se dissertant messis offert, ex Scarabeorum satu, ac generatione suborta? Verū hic campus tam latus est, materia ipsa, in tamanu ci animalculo adeo fecunda, ut nouis mihi non sermo tantum, sed liber integer quoque subnasceretur. Atqui ego iam fessus labore sum, lectors meos pariter rædio affectos subuecer, quare hæc omnia vel alijs, vel mihi ipsi, alio in loco disputanda relinquo.

Promitti
sibi apes
hoc est be-
nignos le-
dores.

Apes hic opto & spero, hoc est benevolos lectores mihi fore auguror, qui in nato animi candore, industria & benignitate suā, mel saluberrimum à veneno, si quod

Discrimen
inter vñi-
cornem &
bicorinem
notratem.

Quæ medi-
canetia ex
Scarabeis
sumuntur.

Inseruant
pro amu-
letis ple-
rumque.

Ad neruo-
rum dolor-
res & con-
tractions
præcipue.

Infantibus
cornicu-
la proper
elegatiā
appendi.

Plinius a-
muletorum
pater.

Scarabeus
vbique ad
amuleta
adhibetur.

Plurima di-
ci possent
de Scarabeo-
rum na-
tūrā
scendi mo-
do.

Hæc alio
in loco ex-
pliabitur

Promitti
sibi apes
hoc est be-
nignos le-
dores.

si quod esset, quod DEVS auertat, separare possent, vellentq. Mibi quidem satis est, vni atque alteri (quicquid alij blaterent) viro bono, & docto placere, nam, vt Seneca dicebat, se de me bene vir bonus sentit, eodem loco sum, quo si omnes idem sentirent, par illis idemq. iudicium est; vir bonus enim, ait Menandrus, bonum nunquam odit: Est misericordum, ut malevolentes sint, atque inuidaeant bonis. Qui inuidaeant, illi, quibus inuidaeant, rem habent, dicebat Plautus. Quamvis fortasse mihi inuidis non adhuc non tam bene sit, vt inuidaeatur, est tamen, quo me mordet forsan alijs sua quod acris acrone subinde, & ipse censurā, veteres notauerim, ego quidem Seneca nonnūlū fci & consilium non aspernor, quo ait: Veteres excusandi sunt, si in quibusdam errant, ne & nos simili cum quam accūtius peruidem. Excusandi, inquit, non laudandi, ne & nos simili cum posteris in errores eorum trahamur. Et verē quidam ex antiquis: Mirum est, Cur plerū ait, quod homines cum scipios magis, quam quemq. alium diligant, tamen suam de se res magis existimationem minoris ducunt, quam aliorum. Sed facilis responsio: Nos magis quam scipios laudamus illa, quæ tunc fuerunt, quam quæ nunc sunt, non quia si eligendi facultas esset, semper illa habere mallemus, sed quia rūstatum hoc humana mentis rūsum est, cum intueatur illa, semper magis velle, quæ desunt.

Quapropter mi tyro, & rerum naturalium studiose, reuerere quidem præceptores tuos antiquos, & benignum, atque ingenui plenum pudoris existimat, fateri, per quos profeceris, non tamen in his imis subfellijs tibi sedendum temper, fed ad summam quoque enitendum, nilq. desperandum puta, etiam si cetera consistendum sit. Non differendum est tyrocinium, ait Quintilianus, in senectu tem, nam quotidie metus crescit, maiusq. fit semper, quod ausuri sumus, & dum delibera ramus, quando incipiendum sit, incipere ferum est.

Nec deterreas, si quis à multitudine te aberrantem, recto quidem, sed angusto tramite, cum pauci in rerum naturalium inquisitione, & in via veritatis constitutum, derideat. Idem olim Seneca in morali philosophia contigit: Omnum operam dedi, ait, vt me multitudini educerem, & aliquà dose notabilem faciem, quid aliud, quam telis me opposui, & malevolentis?

Vetera examinanda, noua non repudianda. Nam gaudere nouis rebus debere videinemur, Cum veteres obiunt, aiebat Lucretius.

Authoris peroratio ad benevolum lectorum. De me vero non habeo nunc aliud, quod subiungam, nisi hoc unicum, quod in exordio huius operis quoque feci, denuo præstet, orem, inquam, atque exorem lectorem benevolentissimum, vt si quem à me commisum forte errorem comperiat, me candidè moneat, amicè corrigit, & humaniter ignoscat, atque animo suo prudenter perpendat, quam periculi plenum mare, hoc biennij spatio sulcauerim, eti. nauiculam meam sine velis & remis, & absque clavio ac gubernaculo committens, illam solā incā industrīa rexerim, hoc est, animalia hæc sine vllis historijs, ac descriptionibus, quin imo, nominibus non raro quoque suis deflita, meo tamen Marte describenda suscepimus, dilucidauerim, ac proprijs incunabulis, quantum per me fieri potuit, restitu-

839
rim. Res ardua est, ait, Plinius, vetustis nouitatem dare, nouis autoritatem, obsoletis nitorem, obscuris lucem, fastiditis gratiam, dubijs fidem, omnibus vero naturam, & natura sua omnia. Quæ si non præstuti, omnia præstare certe volui. Tu vale & diuturniorem mihi à DEO vitam precare, vt in tuæ quoque vita commodum, meos tibi labores aliquando, quod voueo, valeam largiri. Ex Museo meo ad B. Virg. super Mineruam, 16. Mart. anno Redemptoris nostri, 1628. ætatis vero mea quinquagesimo tertio.

Gratiæ DEO, DEIPARAEQ. Virginī MARIAE.

Ad Illustriss. & Reuerendiss. Cardinalem
FRANCISCVM BARBERINVM
MOYΣΗ E T H N.
LVCAE HOLSTENII HAMBVRGENSIS
EPIGRAMMA.

DVm tibi ROMA suas offert, atque amula Roma
Grecia diuinitas officiosa suas;
Muneribusq. Oriens varijs dum certat utriusque;
Ingenioq. tibi quisque placere studet:
MEXICA barbaricum munus dat & ipsa, politum
Auspicijs CAESI Principis, arte FABRI
Nam tu muneribus cum polcas munera, Princeps:
Quid mirum, Antipodes si tibi dona ferant?

EIVS DEM ELEGIA

In Naturalem noui orbis historiam Cl. V. Ioannis Fabri Lyncei, Bambergenis,
Medici Romani.

DVm FABER aeternis complectoris omnia charis,
MEXICA qua clauso condidit ante finem.
Carula dum bifidi penetras discrimina Mundi,
Ausus inaccessam primus inire viam:
Ignotumq. oculis lustrando Lynceus Orbem,
In lucem que nox prefferat atra, trahit:
Nec confusa prius cuiquam, nec nota animantium
Secula, das scriptis conficienda tuis:
Atque Anazarbaeum studio, Cluemq. Stagiri
Doctrinæ nobis ingenioq. refers.
Diu, quibus extollat se inlita gloria terris?
Qua pateant laudi digna theatra tua?

Ille animo intrepido, cepitq. ingentibus aurasq. levigatis
 Clarus, Solis ier nomine et rurumq. replet:
 Quo duce perrupti patuerunt claustra profundi;
 Angusti q. orbis meta remota fuit:
 Qui bene diuspiuinxit commercia Mundi,
 Intactasq. noui restulit Orbis opes.
 Materiamq. noui sceleris mortalibus amplam
 Subdidit, & vitijs larga alimenta nouis.
 Sed qui cuncta animo querens, lustransque, remoti
 Innocuas primus protulit Orbis opes:
 Omniaq. exhibuit nullo stetanda labore,
 Lumen vicino, sepositoq. metu:
F R A N C I S C O N I A M
 Que procul a nostris oculis subduxerat equor:
 Immensusq. longe mille pericla via:
 Illi angusta nimis gemini discrimina Mundi,
 Nec satis ad laudes Orbis vixq. patet.

Si quis Naturæ penetravit mente recessus,
 Scitq. quibus Mundus voluitur ordinibus.
 Si quis contraëstum parua sub imagine Mundum,
 Diuum opus agnouit, artificemq. **D E V I M**.
 Si quis Democritus varijs animantia formis
 Vedit, & internas diffecut latebras.
 Si quis prima animo speculatus semina rerum,
 Pluribus oculatas competere inde vias.
 Si quis & absirufis qua terra recondidit antris,
 Domina metallorum calleat, & arie polie.
 Si quis Apollineæ miracula praestitit arte,
 Multa herbis, succi multa potentis ope.
 Si quisquam Aonidum latices de fontibus hausti,
 Quæsire condire animi Dia reperta queat.
 Si quis Principibus charus, si quem ordine quinque
 Summorum fuit Gratia **P O N T I F I C U M**.
 Si quisquam omnigena doctrinæ copia abundat.
 Virtutumq. omnes pede claudit opes.
 Impavidus numen testor, mentesq. beatas,
 Omnibus histibi par nemo, priusve **F A B E R**.

V. Cl. Ioanni Fabro Lynete honoris & gratitudinis mo-
 numentum in V. R. B. E. aeterna ponebat Ioan. Baptista
 VVimbierius Vindelicus, Ciu. Rom. Ph. & Med. D.
 Illustriss. & Excellentiss. Principis Cæsij Medicus.

FABII COLVMNAE LYNCEI IN NARDI ANTONII RECCHI MONTECORVINATIS MEDICI REGII RERVM MEDICARVM NOVAE HISPANIAE Volumen.

ANNOTATIONES. ET ADDITIONES

ΕΙΣ ΤΗΝ ΦΥΣΙΚΗΝ ΙΣΤΟΡΙΑΝ

ΦΑΒΙΟΥ ΤΟΥ ΚΟΛΟΥΜΝΙΑΔΟΥ,

ΑΤΓΚΕΙΟΥ ΕΝΔΟΞΩΤΑΤΟΥ.



ΟΤΝΟΝ Φοίλον ἄνακτα τέκεν πολέ σότης λιτώ,
Ηματίον φάλος Σαρίλον . ή' ἐπερχον αἴνο
Δικήν διζηρύθην καθασίσι σεράσει φασάν .
Οφρα τίλυστοιδης δή' απάντα φρεσέσιον όμρα,
Αΐδεσσι τ' απέργεται , καὶ ιχθύσινέ κένταβα
Θάλψη ζωγρίοις δέμαται , καὶ βένθεον γάνης .
Καὶ Μεράνιαν μεδίον μέλψη φρεμήι λιχτίνη
Αρτίλουσον ζαδέα μήδες καρέσεαν δειδίνη .

Οφρα καὶ εἰρηνέσιον θεοφεζτιας αινέτη ,
Ηπια τ' ἀλορίνων πορφητήληνα νέστων .
Αμφότεσσον Σοφες ιπτή , καὶ μάτης ἀμύρων .
Αντέρις ἐπάντα σέ λόχεστον , φίλον πάσα ,
Παρθενόπιτον , δέσποικα Κολυμνιδησ μεγαθύμων ,
Μάστης , καὶ αἵτοι πεφιλημένοι ἔρχον Φείρε ,
Η ἡρά Τετ' ἀδριζαντο βερβοί μινυμάτων φάλοι .
Τὸν γε μήν ἀνύμπτον κατέσπειν , ὄμρα τέ ιδόμην ,
Καὶ ζώης φρύνεταιν . τὸν δὲ χλωνίοις μήγ' ὄντας ,
Καὶ γλυκεῖς Σοφίης φάσι . Ούτος παρτας ζόνας
Ανθίδη , γενεών τ' ἐξικαλέα , καὶ φρένας αινάς .
Ος καὶ μητησα περιπέδων σοι Πλάτον ζόνης .
Ατρεπίνως τ' ἐσορέν δάκρυν , καὶ πάντα γεννητα .
Οίος γάρ καρεστοῖσι σῶμα λινωμένης δάκρυος .
Οξεία πανδερῆς απαθέτη λύτρη , ἔνθα καὶ ἔνθα
Αἴγιλης παρανίσσωνται ἀπό οὐδαμῶν ἀνατέμπτων .
Αἴθομέντοι πανεξ , καὶ μίστεσσοι μιλέον ἀνγῆν .
Τοία σοι ἔχονταν πειδέρεται δύμη παρθένων .

Τῷ δ' αἱ εἰσερχον νάτον παρηράπτεσσον αἴνος ,
Αγνότας τέ φυτῆ μιαμένης καὶ μόνοντα φύλα
Ἐχοντα , καὶ δέλη νοσφην σκέψιαν δέδοι έκεινον .
Πή μετ περιπήτης δέδεις πάντας περφάια ,
Πή δὲ παλαιοτέρον εὑρέματα θάσια περιάστουν .
Οστα Τ' ἑνὶ πολιτικος Αναζητεῖς σύγλεστοι ,
Οστα τέ πηγαθέσιον εἴης κατεβάλλεις βέλοις
Ευαλημένης Ερετοίο κλίσις , μέγα κιθάρα Αθηνῶν .

Τῶν μήν παταθέν πυχίσις εἰς βένθον πάντων
Πάντοτε παπλόμανον , κναντόπιδος Αμφίστην .
Αργύρεον τοι μίλαθρον ἀντοπά , τοι φιλοφίδες
Νηρόνος κέρας διλανθέα φάρα πχεστίν .
Σωτερχομένας ἔξειν , ποταρχία κόπτον αιάντων .
Ερέτα δὲ παντούμονος φύσεις εἰς φάσις ηγέται ,
Τιλᾶς ἀπ' ειναλίον Τυρίον ενδιάμενος ἀπτήν .
Αιμαθαῦρον πηνίδος ποτυχών . μέγα πάρμα ιδεῖται .

Σοὶ γε τοι κερασία καθασίσια οἱ ὄπεις ἔγειρε
Κύκλων δέμονίον Θύμητος . ήν πειλαθετον
Εν μαλαρ Θρηικίας χέλους φθάγγοισι Λιμναδόν .
Αιτνές απεργοίσις ἐπίσηρες , οἱ τε κατ' αὐτήν ,

Εγράψει γαρ
αὐτούς εἰς
στήλη μίαρφα .

τοπογράφα
εἰς τὸ Διοσκο-
ρίδην καὶ Θεό-
φραστον .

Περὶ περφύ-
των .

Επιμέλειαν ,
τοιούτους
μουσικάς παρ-
αμέσιοις .

Μεσηγής

Μετανογή τε βαρυγ γένεται σοκακισμένος αἵρετος ;
Επίπατός εστι γένεταις ἀληφότος ἀμπλάντων.
Οὐχ δοῦ μὲν πένθος οὐδὲ τοῦ καὶ περιπολεστού
Ωδὺν σπουδών, Τεστίζεται αἰθέρεος Ζεὺς
Κύνας εἰς ὑπάτερον * φερόθεν μὲν τοῖς ὅμιλοις πειθαρέον
Αὐτόθι δέ Θεοίς λύγειον ἔμπλατον ἐπένθετο.
Ηποτε ὁγκισταί φίλοις Ροδωπίνοις Ορφέως
Τυφικόμενοι τὸ δύνατον, συσθλῶν τὸ διπλόματα πεπένθετο
Ηγετεῖον, καὶ ποτεσμόν φιλέσπουτον φεύγετο.
Θύεσσι τὸ συρρέοντος θέλξεων, τοῖς ἀμειλίχοντος ἄδηλοι
Ηνέοις χαρέσθησαν μάστιγας ἐς ὄμηρον πέπενθετο
Στηθέξεν Κεφαλίνην, ὀλοπέτη μετά μοισαν απέδειχε.
Κίνης Σαμβύκηνος ἐναλιγκινοῖς ἀμμοῖς ἐπέδειχε,
Ουερανίνης ἰδαλμα λύγειον, καὶ γνώμωνα φέρετο.

τερανίκη.

Τρομημάτα
οῖς τὰ Ηρούς
πρόδηματά.

Τάχις ξενιστεῖ
ζόσιον καὶ φιλέσ-
τροπλεῖ.

Τῷ δέ οὖτε καὶ ποτεσμόν κελυθεῖ τὸ δυνηχέα ἔσται
Ρεύματον ἀπορρέειν Φερόνον εἰς Θερμαῖς εἰς πηγάδα
Ηδύνιον αἰθέρεον, οὐδὲ πεπένθετος αἴρειν
Αμελαζόδιον ὑμνοῖς αἰγαῖσιν ἐφερεῖται πύρισμα.
Οἷος τὸ πόνηρον ἀδέσθεος κατέπιστην εἰς ἀστραφή
Αἰδοὺς αὐτούμνον αὔριμον βαρεύοντος ήταν,
Καὶ ξένιον δέσμον Σεληστρεούν δέσμουν Οδυσσαν.
Τοιοῦ δὲ σπλένοντον πολευτεῖον μῆρης πηγέας
Πηγαῖς Ιλλησίδας, καὶ τοντοσθεούσιν εἰργάζεται.
Ηδύμηδης τε ἔστιν, καὶ ζεγματεῖται περιστα τηγέλασμα.
Τετάρτον δέ θηβαῖς ζενιστεῖον ἀρματαί Φίδειον
Αντιπέδων πεπενθεστος Ατλαντίδα γάριν.
Ηδύνιον καὶ έπειτα Ποταμῶν ἔστεται
Αντιβίσιον δέ τοις οὐθενὶς εἴγαστον ζειτον
Νόστου δέ τοις εἰσερχοντος τοφητέρεμον, οὐδὲ μέτακλεδον
Αστερίους πικραῖς παρεμβάλλοντες μετέβεντο.
Τέτταρέ δέ αμαβόληρος, γένειον ἀντικένθοντος θεάτρος
Δέργματοι λυγκέροι δραθρίστοις πάσαις νοτίστοις;
Δραγμαλέων τέ φυτός βοτανῶν, δινδυστον τέ γένεθλος
Ζώα Στέσσα ζέσσα οἶνος τοσσόχοτος ηδέ μετέβαλτο,
Οσα γε τα περιπάτεται βαθύν κρύπτον τέσσα κόλπον
Ενδέμυχοι φύσισις πλεύσον, καὶ οὐδενός άδηπλον.
Τὸν δέντρον σερπίνων μάστιγας, καὶ μόνος δέ τοντοτήτης,
Περσένων αἰδεψάπτοις αἰενίλλων ίδιον θέμπας.

Χειροὶ Κολυμνιδῶν βαθυτάτων καθίστοις ἀγανά,
Τηλευγέτες Σφίνξ φόδος * θύματον ἀπλανίσσονται
Διγχός τέ οὔπτερον, καὶ διανοτός δεσμόντος
Πάντα θινοπόδηρος, τάφαντί τε παρίσταται φύλων.
Χαῖρε ποιὸν ἀνθέος, χαῖρε ποιὸν πλεύσοντος ὀλεύτε,
Αὐτόθι δέ ζειδώντος ἀρρενεῖ, καὶ οὐδὲ μεταθαλάσση,
Αρρενεῖον τέ ἔργα πηγῶν, ποταμῶν τέ ἔργα πηγῶν
Οὐνοματοθέργανται γενεστέν, καὶ ἀφθονούσιον
Οκείαν περιγένεσι ληγυπτωνοτήτης ἀπταρητού
Ενθα καὶ οὐδὲν πλεύσοντος οὐδὲν πάντοιον θήσεος.
Χαῖρε, σὲ γάρ σπερτεροφ οὐρανοῖς ἀρματαί Φίδειον
Ημετέραν τέ καὶ Αντιπόδων δινορέοντος γάντια
Ευκλείαν σεράνοι μὲν πικράς τελεμόνοις ἀρρενεῖ.

ΑΟΥΚΑΣ ἢ ΟΛΣΤΕΙΝΙΟΣ;

ILL. MO ET REV. MO PRINCIPI
F R A N C I S C O
B A R B E R I N O
V R B A N I V I I . P O N T . M A X .
E X F R A T R E N E P O T I

S. R. E. CARD. AMPLISSIMO.

FABIVS COLVMNA LYNCEVS FEL.

 N telis, ait Seneca, eadem ferri vis est: sed infinitum interest; vtrum excusso lacerto torqueantur, an remissa manu fluant. Scin' quid dicam Illustrissime Princeps? Quicunque hic studia tractant, & variarum scientiarum pelagus nauigant; hi, quem in litteris quæstum fecerunt, & profectum, eum apud Tuam Celsitudinem, ceu litterarum, litteratorumque Arbitrum & Patronum, velut mercem in portu exonerant. Verum multum interest, quam id quisque faciat feruente animo: Ac vt de alijs nihil iudicem, cùm ob animi Tui excellentes dotes, & Heroicas virtutes notissimas mundo tantum non vniuerso, multos in amore allicias, multos in obsequium; mihi soli constat, quam non solum Te ego, sed Lyncei omnes obseruantissimè colant, cultu quantumuis meritistuis adhuc inferiore. Quare cùm nuper Excelleniss. Princeps Cæsius Litterarij nostri Instituti Author, ingenij vela me erigere, & ad noui Orbis plantas, ac Medicinæ materiam lustrandam iussiferit iter capessere: rediens modò ex alto, quem huic novo operi Annotatiunculis succinctis illis quidem, sed Botanicis, vti spero, non penitus inutilibus, quæstum acquisiui, eum apud Te Academiæ Lynceorum præcipuum Patro-

IIIAZ

Bbbb 3

num;